

Mythologia, Venise, 1567 - V, 10 : De Sylvano

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 10 : De Sylvano](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 11 : De Sylvain](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 10 : De Sylvain](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 10 : De Sylvano, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/861>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination143r°-143v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Sylvain](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Cornigerumq; caput pinu præcinctus acuta
Faunus in immentia, qua tumet Ida, iugis.
Existimabantur à nonnullis esse dæmone, qui artonitos redderent oēs ob-
uius, ut est apud Ovidi. in Phædra;

Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleides ætæ,
Quæq; sub Idæo tympana colle movent.
Aut quas semidæ Dryades, Fauniq; bicornes
Namine contactas artonuere suo.

Hic igitur Fauni siue fuerunt animalia, siue dæmone crediti, omnino p. Diis
ab agrestibus hominibus colebantur, sicuti testatur Virg. in primo Georgi- 10
cicorum, hoc pacto;

Et vos agrestum præsentia numina Fauni.

Hic capra mactabatur, ut patuit è superioribus carminibus Ovidi. neque ab
antiquis scriptoribus Græcis Fauni celebrati sunt, quia Faunus, ut diximus,
in Italia regnavit; & solis prope Italici fuit cognitus. Hic quoniam multa
ad Deorum religionem instituit, multaq; ad agriculturam excogitavit. inter
Deos relatus fuit agrestium. At quoniam non nisi per novas & admirabiles,
aut etiam formidandas figuras Deorum metu multitudo imperitorum tene-
ri poterat, idcirco & cornua, & cornei pedes, & terror ille Panos non dis-
similis, Faunis additus est: quippe cum multa fuerint ad terrorem excogi- 20
tata ab antiquis, ut qui ad cultum Deorum rationibus adduci non possent,
rerum terribilium mirabilitate demum ad metum cultumq; eorum impel-
lerentur. At cum non plura his de Faunis habeamus, nunc de Sylvano est
dicendum.

De Sylvano.

Cap. X.

Obscurum sanè & ipsius Sylvani genus, utpote agrestis Dei, existit quip-
pe cum neque qui fuerint eius parentes, neque è quibus, aut quo in lo-
co natus sit, constet. Fuerunt tamen qui Fauni filium putarent, cum alii 30
Saturni maluerint, quo tempore in Italia latuit. vnum satis constat Sylva-
num fuisse Sylvanæ Deum, pastorumque, & finium agrorum, ut ait Hora.
in lib. Epodon in his;

Qua muneretur te Priape, & te pater

Sylvane tutor finium.

Hic Deo sacra fiebant antiquitus apud Latinos, ut pastorum præfidi, cuius
nulla est mentio apud Græcos, nisi apud Pelasgos, qui in Italiam antiquitus
migrarunt, ut testatur Virg. lib. 8.

Sylvano fama est veteres sacrasse Pelasgos

Aruorum, pecoriq; Deo, lucumq; diemq;;

Qui primi fines aliquando habuere Latinos.

Offerebatur illi etiam lac, ut testatur Horat. in lib. secundo Epistolarum, in
hoc carmine;

Tellurem porco, Sylvanum lacte piabunt.

Fama est Cyparissum puerum fuisse à Sylvano amatum, quare ubi in arbor-
em sui nominis mutatus fuisset, cupressum manibus semper gestasse Sylva-
nus dictus fuit, ut testatur Virg. lib. 1. Georg.

Et teneram ab radice ferens Sylvanæ cupressum.

Neque

Mythologiæ

Neque plura his in mentē veniunt, quæ de Sylvano fuerint ab antiquis tradita. Hic quidem Deus, ut superiores, excogitatus fuit, ut exstimarent homines nullum locum esse, qui cetero Deo posset, nihilq; agi aut in agris, aut in sylvis posse, quod à Deo aliquo non videretur: ac neque armenta, neque arbores, neque agrorum fetus sine diuina bonitate posse augeri aut seruari. Quamuis non defuerunt, qui Sylvanum crassiorē materiam elementorum concretorum putauerint, cum quæ & agrorum, & sylvarum, & pastorum Deum crediderint: quippe cum inde vniuersa animalium plantarumq; salus penderet. Neque nomen ipsum ab hac interpretatione valde dissentit. At nunc de Oreadibus dicatur.

De Oreadibus.

Cap. XI.

Oreades Nymphæ, quæ ita vocabantur, quia natæ essent in montibus, vel quia in montibus assidue versarētur, natas fuisse à filia Iphoronei & Hecateo testatur Strabo lib. 10. Homerus vero in lib. 7. Iliade illas non Hecatei, sed Iouis filias, & Orestiadēs easdem appellans, ut patet ex his;

10
*Ἰὼν τῆς Ἰφιορῆς, καὶ τῆς Ἑκατέως θυγατέρας
 Νύμφαι ἐπὶ τῶν ὄρεων οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄρους.*
 Plantarunt vltimos, vbi fusa est terra sepulchro
 Circa id, Orestiadēs Nymphæ Iouis inclita proles.

Has quinque fuisse inquit Strabo lib. x. quas tamen fuisse multas, & Dianæ venatricis comites ait Virg. in 1. Aeneid.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynithi
 Exercet Diana choros; quam mille secutæ
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

30
 Hæ Nymphæ putabantur esse Dex montium præfides, & arborū curam habere, & aliquando ferarum, quas cum Diana insectabantur; nullaq; illis domesticorum animalium vel pastorum cura fuit. Ita vero antiqui religione tenebantur, ut nullum, neque publicum, neque priuatum locum aliquo nomine cetero arbitrarentur: quippe cum elementa singula, & herbes, & radices & arbores, & arborum, aut terræ fructus suos Deos habere crediderint. Hinc Deas, quæ montibus vniuersis præessent, Oreades siue Orestiadēs nominarunt: quæ nemoribus & syluis, Dryadas; quæ singulis arboribus Hamadryadas. Creditæ verò sunt Dryades fuisse Nymphæ, quæ cum arboribus & nascerentur & interirent, ut testatur Callimachus in hymno in Delum;

40
*Ἰσὶ δὲ τῶν ὄρεων τὴν ἐξ ὅρων τῶν ὄρεων
 Νύμφαι μὲν χαίρουσι, δὲ τὸ πῶς τῶν ὄρεων
 Νύμφαι μὲν χαίρουσι, δὲ τὸ πῶς τῶν ὄρεων
 mæx mihi dicite mufæ,*

Num verè genitæ Nymphæ totæ sunt, vbi quercus?

Latantur Nymphæ cum quercus irrigat imber.

Tristantur Nymphæ Illicibus cecidere vbi frondes.

Quæ fuerint harum nomina, non constat, nisi quod vnā Tithoream nominauit Pausa. in Phoc. qui etiam in Arcadica aliam vocauit Erato, & aliam Phigaliam. Has tamen fuisse septem, quas etiam nominauit, tradidit Claudianus in laudibus Scilliconis. Scriptū reliquit Charon Lampfacenus Rhē-

cum